



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 99. Carolus V. ex Hispaniis in Angliam navigans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

§. XCIX.

Sæcul. XVI.
A.C. 1522.*Carolus V. ex Hispaniis in Angliam
navigans.*

Interea Cæsar rebus suis in Flandria & *Joan. Ant.*
 Germania dispositis, maritimo itine- *de vera hist.*
 re in Hispaniam revertebatur, ubi ejus *Carol. V.*
 præsentia multum necessaria erat: cum *p. 78.*
 vero in transitu Regem Angliæ invise-
 re decrevisset, die vigesima sexta Maji
 Dubrim appulsus est, ubi Volseum Car-
 dinalem obvium habuit, qui splendido
 stipatus comitatu adventantem præsto-
 labatur. Ipsus quoque Henricus biduo
 post ibidem advenit, atque ambo Prin-
 cipes postmodum Londinum processe-
 runt, ubi Imperator summis honoribus
 excipiebatur, ab Henrico Periscelidis
 Ordine auctus. Præterea uterque Bru-
 gensem tractatum confirmabant, quo
 sancitum, ut Carolus V. Mariam Regis
 Angliæ Filiam sibi connubio jungeret,
 necnon idem in Francia ad Hispaniæ
 confinia, Henricus vero in Picardia qua-
 draginta peditum, & decem millia equi-
 tum quisque aleret; huicque fœderi,
 ut Papa, Venetique accederent, roga-
 rentur, ac denique ambo Principes fi-
 dem darent, quod sua opera Helvetios
 vel ad deferenda allorum vexilla, vel
 saltem ad id, ut neutrius partes ample-
 cteren-

Sæcul. XVI. ceterentur, inducere velint. His pactis
A.C. 1522. Henricus oppido contentus, Cæsari magna-
 nam, qua indigebat, pecuniæ summam
 mutuo dedit, eamque ducentis quin-
 quaginta aureorum millibus haud mi-
 norem fuisse ferunt.

§. C.

Cæsar in Hispaniam delatus.

Quinque omnino hebdomadas Caro-
 lus in Anglia morabatur, quo tem-
 poris spacio Anglorum affectum peni-
 tus sibi conciliabat, simulque classis suæ,
 qua in Hispanias veheretur, Præfectum
 nominabat Surregiæ Comitem. Post-
 modum Augustoduni de portu solvens de-
 cimo navigationis die secundis velis in
 Cantabriam pervenit. Desiderabat equi-
 dem Adrianum Papam Barcinone ve-
 nerari; rogavit enim illum, ut ibidem
 eum præstolari ac filialis obsequii sui
 homagium excipere velit. Verum A-
 drianus suum in Italiam accessum ma-
 turabat, veritus, ne Cæsaris colloqui-
 um iter suum retardaret; unde arrepto
 alio itinere, jamjam Barcinonem reli-
 querat. Nihilominus priusquam disce-
 deret, literas ad Cæsarem dedit, qui-
 bus promptioris discessus sui cauñas ex-
 posuit his verbis: „Nil ardenter desi-
 „, dero, quam Majestatem vestram in-
 „, vise-

Idem ibid.

p. 99.